

www.e-rara.ch

... Progymnasmata de morbis haereditariis

Panissod, Isaac

Athenis Helveticis, [1591]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7875>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Auspice & Præsides sacrosancta &
Individua Triade,

H Æ C

PROGYMNAS.

MATA DE MORBIS HÆ-
REDITARIIS

Decreto amplissimi Senatus Me-
dicorum Inclytæ Basiliensis
Academiae,

*pro Doctoratus gradu in Medicina conse-
quendo publicè velitanda proponit*

ISAAC PANISSOD, GENEVENS.

Ad 3. Non. Sextil. In Asclepiadarum
Lyceo, hora solita.

Anno Epochæ Christi cId Id xci.

ATHENIS HELVETICIS,
typis Leonhardi Ostenij.

GENEROSISSIMO
& Illustrissimo Heroi Domi-
no IOANNI SEPTIMIO
lib. Baroni à Liechtenstein,
& Nicolsburg, D. Schynta-
uiæ, Hernbaungarten,
Stauff, & Themet-
vini, &c.

*Officij & obseruantia
ergo,*

*Hæc sua Progymnasma-
ta offert*

ISAAC PANISSOD.





THESIS I.

INTER Morbos, quibus ob humanam fragilitatem mortales affliguntur, Hereditarij nuncupati inveniuntur, qui quasi congeniti sunt ijs quibus adherent: & quamvis post animalis natiuitatem quamprimum nō appareant, attamen successu temporis se produnt.

II.

Morbus hereditarius igitur est affectus præter naturā, ex seminis vel materni sanguinis vitio exortus: quocūq; enim morbo pater quum generat tenetur, eum semine transfert in prolem, neq; minor temperamenti vis atque natura ex prægnantis constitutione concurrat.

III.

Ita fit, ut nonnunquam liberi à parentibus hereditent simul bona & morbos, aliquando vitia & virtutes, modò ab utroq; parente, modò ab uno tantum.

IV.

Id in quibusdam familiis frequens est, omnes illius familiæ tribus testiculis præditos esse, alios uno tantum: qui affectus, (ut quotidiana docet experientia) continua serie in liberos transmittitur, non tantum à parente, verum etiā ab auis, proauis, ab auis & atauis.

V.

His annumerari potest, si Mulieri prægnanti lens, pisum, cicer, faba, cerasum, fragum, aut quippiam aliud, vel vinum in sinum effundatur, idq. animo grauius ferens vehementer apprehendat, ibidem infanti nota inuretur.

VI.

Similis ratio est in Pica vel Malacia, si grauida eo cuius flagrat desiderio minimè potiat, ut terra, carbombus, creta, carne cruda, fructibus acerbis, &c. infans illius signum geret.

VII.

Sed ut ad morbos unde digressi sumus, redeamus, præcipuè illis conflictantur, qui parentes habuerunt epilepticos, rheumaticos, surdastros, phthisicos & tabidos, elephantiacos, calculosos & arthriticos.

IIIX.

A senibus imbecilibus, & valetudinariis, & a lue Venerea infectis, nonnihil vitiosæ constitutionis etiam posteri contrahunt.

IX.

Arthritis morbus est, qui ex articulorum imbecillitate ac humorum influxu ortum habet.

X.

Huius sunt sex differentiae, quæ suas sortiuntur apellationes, secundum partes quas occupant.

XI.

i. Arthritis simpliciter dicta, quæ plures vel omnes articu-

articulos occupat. 2. *Humeri Arthritis*, quæ unum
vel ambos humeros possidet. 3. *Chiragra manum*
infectat, eiusq; vel carpum, vel externam partem, vel
digitorum articulos & vincula. 4. *Ischias seu Scia-*
tica, quæ iuxta articulum $\iota\sigma\chi\iota\alpha\varsigma$ evenit. 5. *Gonagra*
genua diuexat. 6. *Podagra malleolos*, vel pedum
maximè pollicis articulum adoritur.

XII.

Proxima causa est humor præter naturam infixus
& adhærens.

XIII.

Curatio est euacuatio redundantis humoris, &
partium debilitatarum corroboratio.

XIV.

Nephritis est morbus procedens à calculo vel are-
nalis in renibus genitus.

XV.

Calculi causa est humor crassus, lentus ac terrenus,
ad renum ventres delatus, modò crassitudinem maio-
rem, modò tenacitatem habens, modò utramq; paribus
portionibus.

XVI.

Cura *Nephritidis* est, ut amplientur meatus emol-
liendo & relaxando, & rumpatur calculus desiccando.

XVII.

Elephantiasis est cancer totius corporis, non modò
in penetrabilibus, hominem totum occupans, sed & exte-
rius eundem amplectens.

XIIX.

Causa est humor Melancholicus, massæ sanguineæ permixtus, & ad cutem externas quæ partes delatus.

XIX.

Elephantiasis confirmata incurabilis est, sed recēs sanabilis. Sanguis vacuetur, & medicamentis utatur refrigerantibus & mundificantibus: Castratio ei singulare remedium est.

XX.

Phtisis est ulcus pulmonis cum febre, macie & tabe. nam huic accedit Atrophia, in qua corpus non alitur; & Cachexia, in qua omnia alimēta corrumpuntur.

XXI.

Tabis causa, alia est pulmonis vitiosa constitutio, altera humor exedens.

XXII.

Phtificis lenientia, detergentia, nutrientia, refrigerantia & humectantia exhiberi debent.

XXIII.

Gravis auditus est, cum quis exiguas voces penitus non audit, altas & claras difficulter percipit.

XXIV.

Causa est mala dispositio Cerebri, præsertim qua ex parte ex eo nervus auditorius percipitur: ab humore frigido, crasso & pituitoso penitus impacto crebriorie origo est.

XXV.

Gravis auditus ab antecessoribus derinans phar-
macis

macis incurabilis est. At ne incidant omnino in surditatem, affecti vitent esculēta & potulenta vaporosa.

XXVI.

Rheumatismus seu Catharrus est defluxus vel descensus excrementitij humoris à cerebro in partes subiectas.

XXVII.

Causa est plenitudo capitis, & excrementorum redundantia.

XXIX.

Cura Catharri est, ut humores redundantes aptis praesidiis euacuentur, ac deorsum trahantur, & fiat missio sanguinis.

XXIX.

Epilepsia est conuulsio omnium corporis partium non perpetua, sed quæ ex temporũ accidit interuallis, cum mentis ac sensuum oblesione.

XXX.

Causa est obstructio, quæ cursum spiritus animalis intercipit.

XXXI.

Hi omnes morbi hæreditariè proueniētes sunt multo difficilioris curæ, & magis ancipitis, quàm ij qui aliunde oriuntur: immò plerunq. omnino incurabiles.

XXXII.

Attamen non omnes à parentibus consequuti sunt, qui eiusmodi morbis corripitiuntur, cum extēt multa aliæ causæ quibus afficiantur.

PROBLEMATA VERITATIS IN-
quirenda gratia proposita.

I.

Vtrum copiosior foetui materia à foemina, quàm à mare conferatur?

II.

Cur nati parentibus similes euadunt, ut modò mares matri, foemine patri, modò cōtrà mares patri, foeminæ matri, aliquando autem serì Nepotes auis atauisq;?

III.

Cur interdum hominum aliqui maiores, aliqui minores staturæ proceritate & crassitie euadant?

IV.

Cur interdum docti & ingeniosi viri stupidos & ignaros filios gignant, & contrà stupidi & ignari doctos & ingeniosos?

